Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pippinus dño donante regale
francorum felix supradicti ger
mini successor regnum suscepit
etiam aliquantulum sedante
populorum perturbatione in regem
sublevatus est. cepit anxius vo
ta dño devota persolvere et sy
nodalia confestim recuperare
instituta ac canonica a ger
mano suo iuxta exhortati
onem sci Bonifacii archiepi
fideliter inchoata instaura
re mysteria. eumque habitu si
mul et honore preferre et suis
in dño parere preceptis. Sz
quia sanctus vir infirmi
tate corporis pregravatus
synodalia conciliorum conve
nticula per omnia adire non
poterat iam consultu atque
consilio gloriosi regis ydone
um preponere ministrum su
pradicto gregi diffinivit.
et Lullum suum ingeni
ose indolis discipulum ad
erudiendam tante plebis
numerositatem constituit.
et inceptatus gradum prove
xit atque ordinavit. eique here
ditatem quam in xpo instan
ti acquisierat labore impli
cavit. Qui et fidelis in do
mino comes peregrinationis
eius comes erat et testis utro
bique passionis et consolationis.
Cum autem servum suum de hu
ius mundi vellet temptatione
eripere et temporalis vite tri
bulationibus sublevare dum
etiam dño dispensante defi
nitum est. ut ad fresiam olim
corpore non quidem mente omissam
servus dei secum migrantibus per
veniret. ut ubi predicationis
primitus studium ingrediens
primorum inchoaverat incremen
ta. etiam e seculo rediens sump
tus reciperet renuntiationis. Sz
miro quodammodo vaticinii pre
sagio. sequentem obitus sui
diem. predicto epo prenun
tiavit. et quali mundum fine
demum relinqueret insinuavit.
eique per ordinem de ecclesiarum
structura et populi doctrina proposui
it dicens. Ego enim propositum